deuenirsent, sed illa cognoscens uirum suum interfectum fuisse & omnem iactan
tiam eorum prorsus interitum corruisse omnia pandit, multum adhuc apud
urbem auennio aurum atque argentum esse quae ad regis potestatem non uenis
sent; Statimque misit rex uiros qui haec deferre deberent cū uno puero quem
ualde creditum mummolus habens. haec ei commendauerat, Abeuntes autē ac
ceperunt omnia quae in urbe relicta fuerant, ferunt autē ducenta quinquagin
ta talenta argenti fuisse, auri uero amplius quam triginta sed haec ut ferunt de rep
to antiquo thesauro abstulit; quod rex diuisum cum childebertho rege nepo
te suo partem suam maxime pauperibus est largitus, mulieri autē nihil amplius
quam ea quę de parentib; habuerat derelinquens;

XXXVII Tunc & homo ille inmensi corporis ad regem de mummoli familiaribus adductus
est ita magni corporis elatus, ut duos aut tres pedes super longissimos homines
putaretur; magnus lignarius faber qui non multo post obiit;

XXXVIII Post haec edictum a iudicibus datum est, ut qui in hac expeditione tardi fuerant
damnarentur, biturigum quoque comes misit pueros suos ut in domo beati mar
tini quae in hoc termino sita est huiusmodi homines spoliare deberent, sed a
gens domus illius resistere fortiter coepit dicens; sci martini homines hi sunt nihil eis
quicquā inferatis iniuriae quia non habuerunt consuetudinē in talib; causis abire; At ille dixe
runt nihil nobis & martino tuo, quē semper in causis inaniter profers, sed & tu & ipsi pre
tia dissoluetis, pro eo quod regis imperiū neglexistis; & haec dicens ingressus est atriū domus protinus
dolore percussus caecidit & grauiter agere coepit, conuersusq; ad agentē uoce flebili ait; Rogo
ut facias super me crucē domini & inuoces nomen beati martini; nunc autē cognoui quod magnae uirtutis est;
nam ingrediente me atriū domus uidi uirū senē exibentē arborē in manu sua quē mox ex
tensis ramis omne atriū texit ex eā enī unus me attigit ramus de cuius ictu turbatus corrui;
& innuens suis rogabat ut eiecerent de atrio egressus autē inuocare nomen beati martini attentius coepit.

XXXVIIII Ex hoc enī commodius agens sanatus est; Desiderius uero infra castrorū munitione se resq; suas tutauit
uua. Ido maior domus rigundis ad brunehildē reginā transiit & ab ea susceptus cū munerib;

XL & gratiae est dimissus, barulfus basilicā sci martini expetiit;; Magna hoc anno fames pe
ne gallias totas oppressit, nam plurimi uuarū semina flores auellanorū, non nulli radices herbe
filicis arefactas, redactasq; in puluere admiscentes parū pro farine panē conficiebant, multi
enī herbas segetū decidentes similiter faciebant, fuerunt etiam multi quib; penitus aliquid farine
qui diuersas colligentes herbas & comedentes tumefacti deficiebant plurimi enī tunc ex inedia
tabescentes mortui sunt, grauiter tunc negotiatores populū spoliauerunt; Ita ut uix uel
modium annone aut semodiū uini uno triante uenundarent, subdebant pauperes serui
tio ut quantulū cūque de alimenta porregerent;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubhd_cpl864/0190